



**Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

XLIIII. De ijs qui excommunicantur, quomodo satisfaciant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](#)

ad Officium, vel exercitium, vel ad mensam, vel quando aliter Conuentus congregatur: excusationē suam per se, vel per alium faciat, dicendo Superiori causam suę occupationis.

5. Si vero alicui necesse fuerit discedere ab Officio, siue ab exercitio, siue à Conuento quomodo cunque congregato per paruum temporis spatium, licentiā à Superiori solo nutu petat: cui verò necesse esset discedere animo non redeundi, dicat causam Superiori, & super hoc obtineat licentiam particula-

rem.  
6. Prælati vero euntes ad alia Monasteria, pro benedictione, aut intrantes Chorum, vel Refectorium, si tardè eos contingat occurrere, non ob id genuflestant, nec etiam licentiam petant, si inde abire voluerint, nisi ibi fuerit Pater Præsidens.

De iis qui excommunicantur, quomodo satisficiat.

CAP. XLIV.

Q Vi pro grauiori culpa ab Oratorio, & à mela excommunicatur, hora qua opus Dei in Oratorio celebratur, ante fores Ora- torij prostratus iaceat, nihil dicens, nisi tantū posito in terram capite, & prostratus, pronus omniū de Oratorio exētiū pedibus se pro- iiciat. Et hoc tadiu faciat usq; dū Abbas iudi- cauerit satisfactū esse. Qui dū iussus ab Abba- te venerit, prouoluat se ipsius Abbatis pedi- bus, deinde omniū vestigiis Fratrū, vt orēt p eo. Et tūc si iussorit Abbas recipiatur in choro vel in ordine quo Abbas decreuerit: ita sane ut

Psalmmum aut Lectionem vel aliud quid non  
præsumat in Oratorio imponere, nisi iterum  
Abbas iubeat. Et omnibus horis dum com-  
pletur opus Dei, proiiciat se in terram in loco  
in quo stat: & sic satisfaciat, vsque dum ei iu-  
beat Abbas, ut quiescat iam ab hac satisfaci-  
one. Qui verò pro leuibus culpis excommu-  
nicantur tantum à mensa, in Oratorio satis-  
faciant: vsq; ad iussionem Abbatis hoc sem-  
per faciant vsque dum benedicat, & dicat  
sufficit.

*De iis qui falluntur in Oratorio.*

C A P . XLV.

**S**i quis dum pronuntiat Psalmum, Respō-  
sorium, aut Antiphonam, vel Lectionem  
fallitur, nisi cū satisfactione ibi coram omni-  
bus humiliatus fuerit maiori vindictæ subin-  
ceat: quippe qui noluit humilitate corrigeret  
quod negligentia deliquit. Infantes verò pro  
tali culpa vapulent.

I. (C O R A M O M N I B V S . ) Declaramus q  
quando error est modicus, sufficiat tangere terra  
manu: sed si error fuerit notabilis, vt putā quando  
suo excessu alios errare fecerit, aut necesse fuerit  
mendari legendo, aut cantando, aut magnum stro-  
pitum fecerit, mox completa Lectione, vel Antiph-  
ona, aut cantu si in his fuerit occupatus, genus lecta  
ante Superiorem, donec sibi signum factum fuerit.